Aduersus nram doctrinam adeo nulla sunt magni ponderis argumenta, ut Cardin. de Lugo, Moriaja, et alij nræ sententiæ impugnatores sapientes aduerterint, nisi cum tantæ efficaciæ impugnandi viam ipsi ingressi sint argumentandi; Christus certè instituere noluit tribunal pœnitentis dubitantis etiam pro peccatis dubijs: an aut de facto illud ita instituere voluerit, nullo claro indicio discernere possumus, quam ex ipsis assensu, unctudine, et piaculi fidelium: cum a fidelibus semper in vsu fuerit dubia etiam peccata in confessione exponere, quin alias fuerint mortalia reticere; manifestum autem esse videtur, ut credamus illa sub præcepti obligatione esse vitanda.

Et negando pro tam fidelium fuisse vitari peccata dubia sub obligatione: non dubitamus negantibus accedere, quem nemo Authore, aut quam fidedigna historia adversarij allegare possint, omnino ignoramus: et quidem ipsorum erat utpote affirmantium, nunc probandi onus, quapropter vnus quantus ille fuit pro tota deuotione, humilitate, et animarum securitatis solatio erat: sicut de peccatis probabilibus pro quibus manifestandis longè maior ab antiquis theologis agnoscebatur obligatio, iam communes affirmant. Maximè verò cum hæc inter dubia probabilia, et negativum distinctio originem duxisse videatur ex P. Suarez disp. 8. sect. 9., ante quem videtur omnino ignotissime censeri sententia etiam in probabilibus obligans, quæ tamen postea iam fere relegata ad scholas est.

Præterea fideles dubia peccata prudenter vitent, quia sæpè timent, ne pro superbia, aut victoriâ verecundiæ dubia fingatur, nec crescat, pro quo nulla

vel

vel levia sunt apud intimum fundam.: sepè verò, q. certis et facilibus detectant. peccata mortalia dubia, quam alia certa, maximè si levia sunt: sæpissime tamen certe, aut semper, quia si liberi manent, dum ab scrupulis portea exoriendis, vera quantis, et meritu dubij, vel opinionis: tum ab obligone portea illud peccatum, tamquam certo extendi, etiam si rem certò agnoscatur finisse, ut sec. seq. dicemq.

Dico cum Card. de Lugo disp. 16. n. 67. Deus hoc sacram.to instituit per modum tribunalis, in quo Sacerdotes sui Vicarios designat ad quos propterea Christiani recurrere debent in omnibus casibus, pro quibus in veteri Lege ad ipsum Deum immediatè cum vera attritione recurrere tenerentur, aut modò etiam obligarentur, si Deus instituisset tribunal aliquod in terris, in quo visibiliter peccatores sibi reconciliarentur: pro certis autem dubijs, tam in veteri Lege, quam in dicto illo tribunali omnes ad Deum recurrere deberemq. Similiq. recurrunt modo præcipitur nobis, sponsionis scilicet tribunal in nova Lege loco attritionis antiquitùs necessaria habentibus.

N.o manifestum ex instantia, et solutione in peccatis probabilibus, pro quos deminione in Lege antiquâ omnes ad ipsum Deum per attritionem recurrere tenebantur: non verò in nova per sponsionem ad ipsius Dei Vicarios. Dicimus 2.o, in veteri Lege non exhibite aliud pro dubijs, et probabilibus peccatis remedium præter attritionem: in nova verò ex hac, nempe attritione, sponsione sacramentali directa, atque indirecta. De ipso autem visibili tribunalis casu, pro quo Deus aut Christus sederet, nihil dicere debemus: designaret enim magis aut minus salum Dei instituentis voluntas, quam modò divinare nos licet.

Sexto

Aliqui ex dictis resolvuntur casus.

1. Sit.

qui in articulo mortis absolutus est, et pro vnaq. parte dubium

bium habet circa peccatum mortale praeteritum, n tenetur illud confiteri: ut ibi P. Laiman sentiunt coiter omnes DD. excusantes ab obligat. confitendi peccata dubia. Ratio e, q. moribundus ille n se exponit alicui damnationis periculo. cum nra sententiae probabilitas certissima sit, et habeat homo ille secum remedia tam in absolutione, quam in confessione aliorum peccatorum (quod quidem secundum e, quo ad paenitentiae notitia) quibus directe remissis, remittuntur indirecte alia, quae memoriae n occurrunt, imo quibus etiam dubia comprehenduntur. Idemque omnino Laiman, et alii in casu dubii opinativi etiam in illo articulo stringentis frequenter affirmant.

2°. Si homo per ignorantia, aut scrupulu dubitaret, an opinio illa nra probabilis, aut secura sit; nisi dubitatione, et scrupulu deponat, vel ignorantiam aliquo medio corrigat, tenetur peccata dubia mortalia, maxime in periculo mortis, confiteri. Secum ea obligatio ex ignorantia, et scientia erronea per accidens enasceret: sicut etiam casu quo dubitaret homo, an teneat confiteri peccata mortalia, de quibus per solam opinione judicat n fuisse amissa. Eademque urgeret obligatio, si dubitaret, an etiam peccata venialia, imo imperfectiones morales, debeat confiteri. quocirca nisi dubia illa imprudentia deponat, obligatio omnino ad confessione; et quidem non mam, sed multiplicem 2a. nova nascentia dubiorum capita. Haec tamen dubia, ignorantia, seu scrupuli vincit facile possunt: nempe vel alio authoritas, vel experimento, quo videmus obligationis radice, ee ipsa obligatione dubia, saltem esse, qui propterea quia et multis visionis certe e, utpote ora anteriore, et indubitata Libertatis possessione portenientes.

Dices. cui dubitat, utrum occiderit hominem, irregularis e, cap. Ad audientia. 12. et cap. significavit. 16. de homicidio. q. eam ob radicia obligationis, nempe homicidium, e dubia; obligatio ipsa potest ee certa. R. potius ex

casu

eam ille nram doctram, et decisionē confirmari: ipse enī
primus ex singularis in toto iure ē, de cuius propterea
per quidam velut exceptione exprimitur, quia in regula
generali obtenta decisio obtinebatur. Ideoque in eo dubio
circa factū homicidij iniusti perpetrati, n nego tantū d-
ubitā, aut mandati ab ipso dubitante, irregularitas obtra-
hitur: sicut neque in dubio, quō amoliatur vltum homi-
cidiū factū fuerit grauiter inculpatum, necne, nempe
prater, aut propter inculpatā tutelā, cum sufficienti, aut
insufficienti ignorantia, ut excusatus fuerit a peccato mor-
tali; atque alijs ex capitibus, in quibus culpa mortalis
dubium fundari potest; ut ex cap. ille significauit colligi
natet. Neque incurritur ea irregularitas in dubio mu-
tilationis, hæresis, illiciti ordinis vsus, bigamiæ, illegiti-
mitatis, aut cuiuscunque alterius ex causis propter quas ut
certa imponit a iure irregularitas: ut docet maior doc-
tor pars, quos multos allegat Diana 3. p. tt. 5. resolut.
52. Neque ulla ecclesiastica censura fertur, nisi circa
ius ipsum, aut certa facti, seu delicti dubitat. Nulla
tandē alia præceptū fundamenta, ut votū, iuramenta,
aut rei alienæ detentio, si dubia sint, certa obligationem
inducunt; quin potius etiam in casu dubij homicidij iniu-
sti, nulla obstabit irregularitas, nisi certo constet de aliquo
delicto grauis culpæ, ut de mutilatione, aut veneni ad-
ministratione. Atque ita longè alia ē in nro casu ra-
tio.

3. casus sit. Si Petrus certa scientia habeat, quod
ipse peccauerit, dubiū tamen sit, an leuiter, nec mortā-
liter, n teneatur illud peccatum confiteri. Ita omnes sect.
præc. citati theologi vbi P. Conincks, qui in isto casu sen-
tentiā suam, et nram euidenti rationis argumento limitare
voluit. Nam peccatum veniale n magis e materia confes-
sionis nata, quam peccatum mortale, q. si nos dubitamus
an fuerit mortale, ad eius confessionē n tenemur; neque
etiam vbi dubitamus, an fuerit veniale.

D.

2

2 quando peccatum confitens ut dubium, non debet postea
2 si certus fuisse tali tempore certum confiteri. Ita
probabiliter iudicarunt Laudin. de Lugo. disp. 16. n. 92.
qui pro eâdem probabilit. Nicolaum Riccardum Sacri
Palatij Magistrum allegat, Sessa Zanardinum, Tamburinum et alij.
absolute verò defendunt Leander, Arsmoel, et alij, quos
Laudat noster Valdesius tract. 5. propositi. 3. et sequitur
Arriaga disp. 31. sect. 6. ubi P. Sanchez, Hurtanus, Sa-
yarem Anat. et Diana 3. p. tit. 4. resolut. 91. Ratio apposita
a quia in prima confessione homo directè absolvitur ab omni-
bus peccatis, quæ manifestat eo modo, quo qualicumque
memoriâ vel perfecta, vel imperfecta occurrunt, seu
modo, quo existunt in ipsius pœnitentis scientia, ut omnes
Authores sentiunt. nulla 2. è obligatio procurandi aliam
in posteriori confessione directa absolutionem. Ratio etiam ab
exemplo sequentis casus manifesta erit.

3. casus: quod
Scilt Petrus in confessione dicens. Ego peccavi decies plus mi-
nusve; atque ita undecimus, et duodecimus (imo et
octavus, et septimus) peccatus non nisi sub dubio exprimens; quamvis postea certo recordetur, duodecim fuis-
se peccata, non tenet. iterum tamen certa duodecim
seu quatuor extra numerum certo, qui octavus erat
explicare, ut docent omnes fere Doctores. peccatum enim
semel explicatum prout exstitit in scientia tenemur dicere
dentisse, neque praxis Ecclesiæ aliquando eam
materiam postulavit, ut confessiones à pueris et rusticis
cum multis dubijs, et suspicionibus facta, postea majori
scientia, aut luce adhærente necessario repetantur;
quod tamen certè postularet, si nostra decisio vera non
teneret.

Quinto casus infertur a Card. de Lugo: nem-
pe si Petrus dubius de aliqua censura, irregularit.
voto, juramento, aut præcepto absolutione, aut dispensa-
tione potuit, et obtinuit; quivis postea agnoscat vera

finem

tuisse censura ex. g. existentia, ñ teneatur alia pro cu-
rare absolutione, quandoquidē illa prior ñ alia habere
potest efficaciā, nisi aut vinculū, aut obligatio, si forte
erat dissolutum. Ibi etiam idem Author cum P. San-
chez lib. 4. in decalog. c. 45. advertit, votum Castitatis a-
ut Religionis dubiū, cuius dispensatione ab Episcopo po-
tuisset, ad Pontificē ñ ee Nātio deferenda, etiamsi
postea constet vere fuisse votum; atque in genere omnia
illa, quæ tamquam certa ab aliquo dispensari, aut ab-
solui ñ possunt; possunt verò tamqm dubia, remanent
sine obligone referendi, aut parendi coram Superio-
re potente in casu certo dispensare, vel absoluere.
Quapropter quia nullū mortale peccatum dubiū, remana-
re, aut cum P. Suar. disp. 20. de Censur. sec. 6. tenēt
cum Authore, quem refert, et sequit. idem Card. dis. 2.
n. 18.; ideo, quilibet simplex Sacerdos directē absolue-
re potest ab omni peccato dubio, neque remanet aliqua
postea parendi obligatio, etiamsi tam illud certum fiat.

Septimus
casus. Sacerdos audiens in confessione aliquod, vel plura
peccata dubia ñ tenetur interrogare illoꝝ circumstantias,
etiam mutantes Speciē, quia sub illo dubio ipsa ma-
teria mortalitatis libera est. At ipse pœnitens, si postea cer-
tò agnoscat aliquam ad speciē pertinentē circumstan-
tiam, quæ nec sub dubio in prima confessione relata fuit
tam in alia explicare tenebit.; quia scilicet ad speci-
em, et numerū peccatorū, quibus Deum graviter offendimus
in confessione obligamur. Cum ergo illa mutans speciem
circumstantia, neque sub dubio dicta fuerit, tenemur
illa postea deinceps explicare; etiam nulli, si ita inte-
ligere ipsa dicere possimus, ut violatio voti in fornicatione, vel non
audītione Sacri, junctæ verò si una absque alio inexpli-
cabile sit, ut sacrilegium, impletur.

81. Qui dicit, peccatum sub
dubio, an sit grave, nec ne tenetur postea gravitatem

cognitam

nitam explicare. ita P. Sanchez, Diana, Tanz, et Arriaga disp. 31. n. 50. idemque dicendu, si ignorans nihil aut dubitet, aut dubitare monstret de grauitate, et leuitate sui peccati; cum tamen ita loquatur, ut alij peritior confessarius agnoscere posset, istam culpam ee mortalem: nam si peccatum explicet vel detegat ut veniale, ue adeo in dorbacho, et quia, ut nec dubitare circa grauitate uideatur, neque ab alio Licet sapientiori confessario formari possit iudicium, vel opinio grauitatis, tenebit. poterit de cognita grauitate manifestare. Arriaga vbi sup.

Ex dict. tandem inferendu, quam iniuste probauerit Diana p. 4. tract. 3. resolut. 8. et p. 6. tract. 6. resolut. 32. opinione nram à peccato dubio in confessione excusante improbabilem esse: in qua certum impugnandum etiam fuit, necnon falso asserta Thomas Hurt. tract. 12. cap. 1. a n. 2086. qui post Diana plura vel rationum, vel Sanctorum authoritates in scriptis, in manuscriptis, in libris editis, in rerum publico, atque in publicis academiarum disputationibus, nec non in tam diuina ecclesiæ permissione manifesta probabilitatis argumenta videre potuit, et tamen falso rumore in ductus dicere sentiebat istam speculatiuè improbabilem, et practicè temerariam esse. quod tamen quam ignorantes sit dicta, nemo qui aduertat, ad probabilitatem speculatiuam, et practicam securitatis longè minora cognitionis fundamenta, dubitare poterit. Unus scilicet vir doctus, et pia authoritas probabilem opinionem facit, nisi contra pluresque authores huius examinatis certò improbabiles sentiant: at multos in magno numero percipiat sapientia, atque pios viros authoritas (maximè vbi thesis impugnabilis nidit) tam primam probabilitatis opinionis cuilibet dat, ut diem ab ecclesia, et ritus iudicibus permittit. ista docui; neque mille authores pios thomistarum doctiores possint opinionem secundam probabilitatis explodere. videat P. Bregeuy lib. 3. de Eucharistia. cap. 3.

Sect.

Sectio 6

De imperfectionibus moralibus de peccatis habitualibus, externis, dimissis, et venialibus.

Imperfectio moralis dicit actus liber divina lege, seu statuti in oppositum, sed tantis a maiori Dei beneplacito discrepans: Vt amor Dei remissus, quando potest frequentior haberi, exigua eleemosyna, ubi multa, et facile maior erogari posset, atque electio matrimonij, quando deligio, aut virginitas tamen amabilior appareat. Bifariam autem potest aliquis esse moralis imperfectio: primo si loco perfectionis actionem alias bonam, licet minus perfectam deligas ut in exemplis apponitur. 2° si omittere te actus nec bonus, nec malus exercens, ut cum aliquod devotionis opus animo premittis, et aliud loco praetermissi in supponis.

Dicimus 2° imperfectiones quocumque modo sumptas in se magnum supplicij debitum pariunt. Ipse enim poenas hisce sola pecca erexit, ut ex eius institutione, nec in Scr. Manifestè constat. Inde qui solum imperfectionis in sacramento deferret, nec sacerdotij officeret, neque gratiam iustificantem susciperet, nisi forte tam paenitens, quam sacerdos cadederent, illas graves peccata, saltem venialia; sic enim forent peccata in iudicio confessionis examinata. Si autem solus paenitens fallaret. Censendo eas imperfectiones fuisse peccata, non vero sacerdos; hic absolvet minime posset. Cum quia in hoc foro interiori, aliter ac in exteriori tribunali, sacerdos non solus iudex, sed et instructor agit, animos poenitentis ignorantis velit, et subditi edocere, et cui ipse fides credere et debet, non censentur profanationes, sed allegationes testis et legitimi, ubi si haberet vim persuadendi ipsi iudici, ut in gravi observandi quoque videmus. Cum et. quia nullam satisfactionem imponere haberet sacerdos. Sacramentum dum paenitentis

Incapax

incapax satisfactionis quidam omnino est. Quæ enim virtute damnare Deus: nam et in Achitofel et in suo externo Judæ tenetur omnia media tentare ad liberandum illum, qui dicta adhibita et probata Deus criminis est, quem tum ipse Judæ et certo innocentem cognovit, ut omnes affirmant apud Lugo d. 37. de Just. et Jure sec. 2. dum denique quia forma seu verba absolutionis falsa fundasi ponent vadit dicta coëm sibi sensum ibi reddere videntur. Ego tibi do quam remissionem hui peccati, et quæ si indies remittat: qui a. videt pœnitentem in peccatum recidere, negat suspensum esse, et illa absolutione dicere si indies

Cæterum, quamvis impersonæ in sint huius Sacramti materia non tamen proferenda repellendi sunt, qui eas simul cum peccati manifestate volunt. 1o. quia ad devotionem et humilitatem fidelium praxis in Ecclesia ducit. 2o. quia non raro illis impertitur maxime necessaria ad posterius genus pœnitentiæ, quod incipiens peccata venialia, atque ita præ veluti sub dubio videntur. damnari Ecclesiæ pœnitentiæ. Ipse valde paradoxe ibi laudabilis Deus reprehendit Joannes Sanchez apud Lugo disp. 16. n. 102. illumque sequi nempe quod non liceat in aliquo Sacramto cum nova materia pleno admiscere, nullius momenti aliquum neque peccata dubia asserre liceat, sicut non licet supra dubia, obia dicere; sat qo. si Sacerdos absolutionem non proferat sup. impersonæ morales ut tales, sed tantum sup. peccata.

Verum in primis observare oportet aliquas esse impersonas, quas licet legem propriè talem non transgrediantur aliqui in regula, quam observanda suscepimus, violare solent: ut in aliquibus religionibus, et præcipue in nova societate, apud quam nulla regula ad culpam levem, sed ad pœnam tantum obligat. De tribus 3 impersonis dubitare possumus, an ipse eam sint materia non ita Sacramti sufficiens? Ratio dubitandi est, quia vidi videtur obligare

re

re casus, in quo regula transgressio, saltᵇ. directè volita, vel aduertenter admissa nᵒⁿ sit ꝓiuncta cum peccato veniali, ut docet D. Suar. to. 4. de Religione. lib. 1. cap. 3. ex eo quod fieri numquam propter motiuum honestum, sed tantùm propter aliquam ociositatē, leuitatē, uel delectat.ᵐ regulæ sup. dictæ violentur; et nisi motiuum nᵒⁿ sit honestum, iam actus in individuo consideratus ociosus sit atque ita leuiter culpabilis: potest ꝑ. quis certus moraliter esse, quòd intercesserit peccatum, atque ita fas erit sine ullo dubio absolutè se accusare.

2°. tamen, confessionē illam ita absolutam, licitam nᵒⁿ ee: idemque affirmo casu, quo pœnitens firma memoria recordaretur, se nullum honestum motiuum habuisse in regula violanda: nam admodum probabilius fortasse est, possibiles esse actus humanos individualiter indifferentes, nempe nec bonos, nec malos: ideoque nᵒⁿ fieri potest religiosus quam regulæ transgredi, sine ullo motiuo honesto, ex aduertentia scilt dictante permissum sibi esse absque ulla culpa agere extra regulam: atque ita sacramentum frustraret aut periculo frustrationis exponeret, si aliam materiam nᵒⁿ adhiberet.

Peccatum habituale tribus modis sumpsari solet. 1°. pro consuetudine, et frequentia peccandi: in quo sensu procul dubio est mat.ª sacramenti pœnitentiæ; quandoquidem illa frequentia nil aliud est, quam repetitio, seu ipsa peccatorum multiplicitas et numerus. Accipitur tamen casus, in quo ipsa peccandi consuetudo talis, et tanta est, ut iam actiones exerceant. sine aduertentia, quæ ad peccatum, saltᵇ. mortale idonea sit: nunc enim posteriores illæ actiones saltᵇ. nᵒⁿ sunt necessaria pœnitentiæ materia. 2°. accipitur pro habitu delicto ex multis antecedentibus peccatis: qui habitus est inclinatio, et pondus, quò iam peccatis assueti sentimus nos ad peccandum integrius allici, trahi, et moueri: quo sensu peccatum habituale nᵒⁿ est materia pœnitentiæ; motus enim

naius

necessarium inclinans ad peccum n̄ e peccum. 3°. dicit. peccatu habuale ipsum peccum actuale pretezitu, et inovaliter durans temp⁹ quo n̄ e remissu. De hoc 4°. dubitari potest, an sit huius Sacramenti materia, ita ut quis debeat, et ofiteri debeat, aut possit, quod postquam peccauit, n̄ procurauerit efficaciter sui peccati remissu, et vulneris lethalis remediu.

R°. 1°. ex se, et pacifice loquendo de ipso peccato habuali, et prout distincto ab actuali pretezito, nulla in eo esse nostri Sacramenti materia. Nā est etiam perseuerantia illa moralis, qua homo dicitur esse in statu peccati mortalis postquam blasphemauit, et per attritione perfecta, vel per Sacramentale penitā Deu ofensa n̄ detonauit; n̄ est peccum etiam leue, ut patet in dormientibus, et in illis, qui postquam legem transgressi sunt, transgressionis penitus obliuiscunt, quoniqne sua peccata in Sacramento dicere debent.

R°. 2°. peccum habuale graue etiam ut distinctum ab actuali pretezito, fere semper e mata sufficiens huius Sacram^ti. quasi per accidens et velati per accomitantia. Nā e mihi promptu; nam quoties quis aduertit, se habere Deum inimicu, videtque propterea se in aliquali eterna damnationis periculo peccat venialiter aduersus proximum, et debita sui charitate, n̄ statim procuret illud qualecumque euitare periculu. Sicut enim potest peccum mortale n̄ declinare periculu damnationis graue, ut fide certu e; ita etiam esse culpa leuis illud leue eiusdem damnationis periculu, de immensam quali imminentis magnitudine permittere. et quidē hoc dicu videri n̄ debet: longe enim difficilius est intelligere quomodo periculum illud in cōparatione alterius proximioris et grauioris remotum sit leue appellatu, non sit culpa mortalis, cum experiamur, tot homines degente, aut sine potestate, et opportunitā penitendi e vitā migrare: longe ingua difficilius

sius é, quam credere, pigritia illam, et tanti boni incuria ad peccum veniale spectare. Quapropter inquirique istos propriè charitatis defectus scorsim, et tam quam peculiaria peccata in confessione manifestare poterit.

Peccum externum, si propriè loquamur, numquam é hujus sacramenti materia: nam tametsi quando illud est voluntatis mala effectus, proculdubio confessionis é materia (ut suo loco circa confessionis integrit.§ uberiùs explicabimus); in rigore absolutionis forma n̄ videtur cadere supra illud, utpote quod gratia coloremve theologæ doctrinæ iram divinam nec imitatur, neque haurit. An autem materia, et actum absolutionis dici naleat, ad quæstionem de nomine censetur pertinere, de qua fortassis nonnihil in hoc tit. dicemus. Inde actio materialiter mala, sive illa sit interna, ut voluntas detinendi rem, quam n̄ cognosco esse alienam, sive sit externa, ut actio exterior furandi sine legis advertentia, aut sine libertate, n̄ pertinet ad sacramentum pœnit.æ, neque ad aliquam ejus partem, quandoquidem res ea peccati n̄ é, ut omnibus é manifestum.

Peccata semel dimissa n̄ solum per absolutionem, sed etiam per confessionem antecedentem hujus sacramenti materia esse, indubitatum penitus é, ut nos jam sup. majori cum distinctione notabamus. Illud modò superesse videbatur, an si quis certo cognosceret peccum aliquod sive grave, sive leve jam penitus secundùm culpam, et pœnam ee remissum, posset ipsum etiam solum in confessione manifestare; ego ad affirmandum propendeo, quia si scientia illa peccati certò remissi impediret confessionem, et absolutionem, etiam dubitatio remissionis faceret, ne posset absolute, et sine dubiis (maximè vero nos alia culpa n̄ reperiamus) peccatum confessione manifestari: si enim peccatum certo remissum comparatur pro confessionis, et absolutionis negotio cum peccato certè

tè nullo; etiam peccum, de quo dubitatur, an sit remissum comparari deberet cum peccato, de quo dubitatur an fuerit nullu. Cum ergo sæpissimè dubium prudens sit, an peccata nostra n̄ solum quò ad culpam, verum etiam quoad pœnam (saltem si venialia sint) penitus fuerint extincta; nemini istas culpas denuo fateri liceret, nisi sub dubio; neque illas sacerdos aliter quàm sub ditione absolvere posset: quod tamen aduersus ecclesiæ praxim proculdubiò est.

Sumatur. Si enim Petrus haberet reuelationem sibi esse remissum peccum mortale per attritionē; adhuc teneretur illud ipsum fateri; quandoquidem attritio in noui testamento peccata mortalia remittere dicitur, ut votum, vt Vultus scilicet, et quasi vicaria sacramenti. §. certitudo remissionis illa n̄ datur nouæ confessioni, et absolutioni.

Obicies. Peccata ante Baptismum omissa ideo præcisè n̄ sunt apta sacramenti pœnitentiæ materia, quia fide certi sumus, illa ee omnino remissa. §. remissionis certitudo opponitur veri sacramenti materiæ. Nego ant; sedetq; quia Ipse Dominus voluit ut baptismus esset nativitas, aut regenerationis sacram.ti: atque ita ut omnia, quæ ante ipsum obrepserint crimina, sint tamqm̄ in nrā vitā vel a nobis minimè cōtingentia.

Replicabis. Si sacerdos per aliquam reuelationē certus foret, pœnitenti omnia esse remissa penitus crimina, n̄ posset dare absolutionē: non enim haberent sensum verum absolutionis verba, vt supra circa imperfectiones moxales indicabamus. §. neque Petrus ipse, sed pœnitens posset in casu simili reuelationi portuae absolut.

In primis negare possumus ant: tum q.ia probabilis sit sent. alb. ab author.e e opinio card.is de Lugo affirmantis, eamdem culpam millies in confessione remitti posse; quia scilicet Deus nouis titulis, sicut homo, donare

ve, et obligari valet: nam fieri non potest Sacerdoti in praedicto sub dubio casu absolutè remissione peccatorum elargiri: tum etiam quia ipse Confessarius non debet attendere utrum peccata sint remissa, necne; sed qualia, et quot ipsa Dei remissionem fecerint. Deinde admisso, nel casso antecedenti, negamus eam; quia verba poenitentis se ipsum accusantis non habent significare, remissionem facta non fuisse, sed tantùm peccatum remissionem evenisse: verba verò Sacerdotis licèt ferant gratiam remissionem, eamq; significent absolutè, et sine ulla additione; at remissionem ipsam actualem fortasis tantùm significant tamquam datam sub additione, quòd illa sit necessaria, ideoque Sacerdos praedicta dubitatione illustratus, nullum impedimentum approbandi reum animo absolvendi.

Peccata probabilia dicimus illa, de quibus probabiliter iudicamus, facta fuisse. Dubitatis autè interrogari potest, an liceat ipsa absque ulla dubij expressione petere, et absque ulla speciali interna vel externa additione absolvere. Decisioni suppono, duobus modis contingere posse, ut aliqua peccata probabile dicatur: 1°. Vnicè, vel solitariè, quando sola probabile est me commisisse peccatum, alia verò probabilia non sunt; quia vel nulla sunt rationes persuadentes peccatum non fuisse commissum, vel ita leues sunt, ut pro nullis prudenter reputari debeant. 2°. modo peccatum probabile dicitur disiunctim, siue in ordine alterius partis: quando nimirum, quamuis probabile sit, et ego opiner, me peccauisse, etiam iudicio, probabile esse oppositum, aut video rationes sufficientes ad opinandum me non peccauisse, tametsi modo de ipsa dumtaxat opinor, quòd peccauerim.

Affero §. 1°. quando peccatum est probabile 1°. modo, posse illud sine ulla dubij expressione etiam sine alia certiori materiâ manifestare: Potest etiam Sacerdos sine ulla additione absoluere. Ampliùs facilè videtur, eamq; inter alios RR. tradunt Auersa, et P. Martinon disp. 50.

Sec. 8.

Sec. 8. Vnō autem ē, quiā illa, quæ opinamur facta fuisse sine ulla in abstinēdo grauiter saltem delectante vōne reputantur in negotiis humanis tamquām moraliter certa: tum quia sat sapienter notabat P. Suar. Lib. 5. de Voto. cap. 5. in factis humanis rarò alia nobis occurrit certitudo, aut euidentia: quòd saltem vbi n̄ breue tempus intercessit, aut memoria felicissima n̄ ē, verum omninò tenet. tum etiam, quia habens bonum et rationabile fundam̄ ad affirmandū aliquid; nullum verò ad negandū, pandenter sine ullis dubitationibj, aut oppositionum suggestionibj affirmat: maximè verò cum formido illa, et incertitudo, seu plenissima certitudinis carentia, quam in illis casibj sentire solemus, potiùs ab scrupulis, genio prauo, aut capitis turbatione, quàm à probationis, seu iudicij affirmantis imperfectō, nēc à fundamenti debilitate oriri dicat.

Prædicta tamen assertio nonnullas habet Limitationes. 1ª. licèt quis minimè iudicet probabile quòd peccauerit; n̄ tamen propterea statim, et sine vllo strictō partis examine poterit licitè peccatum illud subticere confessionis tribunali sine alia certiori materia. Sæpè enim aliqua sunt eo modo probabilia, et certa videntur, quia strictā fundandā n̄ examinauimj, aut n̄ vidimj. 2ª Limitatio sit in articulo mortis: tunc enim minimè liceret peccatum illud probabile, eo cum formidine iudicatum sine alijs certioribus dicere, si ad confessionem accedat pœnitens tamquām ad mortalis morbi medicamentum; ut quando nec certus ē, se attritione habere, neque agnoscit aut saltem n̄ curat diligentiā suadente factum fuisse post vltimam confessionem peccatum mortale: n̄ inquam liceret, quia homo ille periculo æternæ damnationis se exponeret; quandoquidē pœnitus certum n̄ ē, per priorē pœnitentiā sacram̄, vbi nullum ex peccatis manifestatis vel veris omissum fuit.

3ª Limitatio sit. omnis

pœniten

Pœnitens possit dicere absolutè peccata ita probabilia, explicare tamen poterit formidine, et incertitudine sua si velit, dicendo, ego credo me blasphemasse, non autem habeo firmam, & omnino certa, aut evidens: Sacerdos vero in eo casu sine ulla additione etiam interna debet absolutionem præbere. Ratio è, quia peccatum de veræ n. est cum dubio morali mixtum, licet cum aliqua incertitudinis specie, vel cum formidinis interna manifestatæ, sinceræque totius animi explicatione: ergo Sacerdos scitu n. è sub additione absolutionem præbere. Maximè verò, nam si vera sit nostra circa casus existimata, supra explicata opinio, tam sacerdos dans sine additionibus absolutionem causat veram gratiam, quam illa additionali absolutione minimè causavit, nisi si peccatum reale fuisset: atque ita magnum pœnitenti incommodum è, absolutionem hanc sub additione illa recidi.

Altero 2°. peccata secundo modo, sive utrimque probabilia n. possunt manifestari, et affici tamquam certa, ex vita Sacramenti materia; atque propterea nec possunt hanc absolutionem, nisi sub dicta suscipere. Ratio è, quia Sacram.m sine ulla necessitate periculo frustrationis exponeretur. Nam si fortè, ut probabile è, pœnitens n. peccavit, Sacram.m certò, aut fortassis nullius esset: quia vera sent.a de peccati existimati ad Sacramenti valorem sufficientis, fortassis vera n. est: et quamvis ipsa vera foret, non ideo extendenda è ad casum in quo peccatum scientiâ saltem moraliter certâ n. existimat. finire.

Altero 3°. Si quis velit peccati ex utraque parte probabilis, aliud certius in confessione adjungere n. tenetur explicare incertitudo, aut dubium illius peccati probabilis. Ratio è quia hinc de materia illam certiorem pœnitens securus è de Sacramenti valore; et abunde ea, quæ fuisse per opinionem agnoscimus, paudenter sine incertitudinis, et dubitationis expressione affirmare solemus;

Ut cum

cum in judicio actor, vel creditor postulat qua sibi debita esse probabiliter censet; et Reus, vel debitor per stratia opinionis debitu negat aut solutionem facta esse affirmat; Judex etiam causa probabiliter extra probabilitatem hujus potest: imo Judex ipse per opinionem aequè saltem probabilem absolvit, vel damnat in civilibus.

Unde infertur, Sacerdotem posse præbere absolutionem sine ulla etiam integra additione speciali seu tempore absolutionis acceptâ, quamvis pœnitens explicet peccata tamquam incerta, et simul aliquod certum referat: nam vbi aliqua materiæ pars certa est, etiamsi multa alia incerta, et dubia appareant, non solemus absolutioni additionem adjungere: nam quia sub parte certo remissâ incerta etiam si extent indigentia remittuntur: tum quia quando audimus incerta illa peccata, sive probabilia, sive utrinque dubia, jam volunti nidemur habere absolvendi potestatem quæ materiæ capacitas.

Disputatio 3ª
De Attritione, quæ dolore ad Sacramentum pœnitentiæ requisita.

Postquam de materia egimus, ipsa naturæ methodus postulat, ut de materia proxima tractemus, maximè vero de ejusdem, quæ tam attritio quam contritio censetur: et illa vero quæ Tridentina doctrina prima ac præcipua agetur, et primo loco examinari meretur.

Sectio 1ª
Quid sit Attritio Sacram.ti pœnit.æ requisita?

Attritio a perfecta et imperfecta in genere abstrahit: nec attritio illa vera attritio simpliciter vocatur: sæpè enim nomina, quæ toti generi sunt propria, uni speciei appropriant. Certum autem est, ut dixi 1. dicemus, attritionem genericam, nempe nec perfectam, nec imperfectam, de hujus Sacramenti parte requisita, et quidem essentiali, et intrinseca: non enim se habet dolor sicut satisfactio, sine qua et tota Sacram.ti essentia, ea præcipu-

ea

ex ignis fluctus scribit. ex quapropter non sunt audiendi Ledesma, Vega, et pauci alij Antiquiores, affirmantes valorem sacram.ti sine dolore, vel attritione permanere, et solum impedire fructu, peccator scilicet remissione; sicut in Adultis baptismi fingit. Praxis enim Ecclesiæ illud observat ut quotquot quis rite ex malitia, sine ex inadvertentia dolore ante absolut.m non habuit, alia de novo eorumdem peccatorum confessione peragere debeat: neque satisfacit obligationi, aut peccatorum remiss.m cognitur, si post primam illam confess.m dolore, quasi obicem auferendo, iteratur.

Neque propterea audiendi sunt Dorela, et Silvester apud Ugo disp. 14. sect. 1. si affirment (ut videntur) ipsum etiam Sacramenti fructu, nempe Iustificationem primam spargi. etiam sine ullo dolore, et cum solo suscipiendi sacram.ti proposito omnem ergo peccata præterita placentia removente, et ergo futura intentione omne impediente. Illud enim esset ultra omnem fidelium sensum, et germanæ, atque ultra satis manifestam Dei voluntatem, maximè verò Tridentini in Sess. 14. definitionem.

Ut g.m attritio prout à perfecta, et imperfecta præscindit de qualis ad hoc Sacram.m requiritur, Detestatio, et dolor efficax de peccato commisso propter motivum supernaale cum proposito etiam efficaci non peccandi de cætero, et cum spe veniam à Deo consequendi, vt colligitur ex Trident. Sess. 14. cap. 4. Particulas seorsim ad praxim explicemus.

Detestatio, et dolor: ad pœnitentiæ enim et peccatorum remissionem non sufficit quæcumque detestatio, nempe quæ à dolore, et tristitia remota sit; qualis etiam in Beatis, qui hac vita peccaverunt, reperitur: isti enim peccata modo detestantur, cum Deum, quem supra omnia amant, offendisse videant: at sine miseria, et imperfectione doloris. Advertere aut. oportet, dolorem non esse actum cum nova libertate à nobis elicitum, sed vel ipsum in hac vita detestationem, vel naturaliter et necessario ab ipsa libera detestatione resultantem: et

ideo

ideo nemo scrupulis fatigari debet quasi nō doleat de peccatis, qua vero animo detestat.; id enim viatori ibi impossibile ē, nam tanti mali, nempe Diuina offensa cognita, & odium, tristitia nasci patiuntur vbi summa beatitudinis, & perfectissimi gaudij excellentia impedim.o nō ē. Atque hinc etiā sanandi sunt illi, qui me sepe turbant scrupulis arbitrantes, se vero peccatoꝝ dolore nō tangi, quia sensibiliter angi, affligi, aut etiam lachrimas effundere nō deprehendunt., sciant enim ipsi, dolorē nō immediatē in sensibo persuaderi voluntati ponere, sed in peccati detestatione, aut in Dei amore excitando. Sciant etiā, nō esse sensi interni doloris, et veri detestationis signu, quia ille doloris quasi nō habiti dolor: imo, ut benè notauit Arriaga Disp. 37. Sect. 5. via moraliter obtingere potest, habere dolorē de carentia doloris, et simul nō dolere de ipsis peccatis, et P. Suar. disp. 20. sect. 1. sapienter observauit, displicentia efficax, illam scilicet, quā cum amore eiusdē dei nō ponitur, de obtritione existimatā quasi nō habita nō ponē in nra voluntē recessit sine vero peccatoꝝ dolore. Alia quoque in disputij discursu notabuntur remedia.

2.o etiam ex eadem definitionis particula inferimus, ad sacram.m pœnitentiæ requisita esse obtritionē, seu detestationē, qua formaliter sit talis, neque sufficere virtualē, nempe amorē Dei super omnia: amor enim ille sine formali obtritione neque dolor, neque doloris causa est. Iterum vera recta tabilis, pœnitentia, et propria a delictis auersio; necnon accusatio, actus, atque ad salutē caminy efficax sine formali detestatione non subsistunt; ut communis Theologoꝝ sensus tenet. Et eandē obtritionis necessitatē affirmamus, etiamsi peccata per anteriorē absolutionē ita demissa denuo ad confessionis tribunal deferantur: et quidē licet absolutē nullum iam extet nouum obtritionis præceptū, ex suppositione tamen detentionis recurrendi iterum ad huius sacram.ti priuilegia, renouatur graue obtritionis mandatū. Similiter præcepto nō satisfacimus

per

per attritionem spiritualē quando illud obligat ad perfectā
attritionē habendam tempore aut extra panitentiæ sacra-
mentū, ut in periculo mortis, saltem si absolutionem
sperare nō possis; necnon in urgente remendi Eucharis-
tiæ necessitate, vbi forsan, quia indigebas, tibi impossibilis
est: atque eam quando ante Eucharistiæ de recenti
tua status supponitur, vel opinatiuè dubitas, et oblitus
nonnisi: tandem in omni alio actu status gratiæ requirente,
ut in vnoy sacramentū recipiendi, necnon in alterius
sacramentū efficiendi administratione ex officio. Sunt in-
tra ipsum sacramentū, ut si attritio vel nō adsit, vel nō ag-
noscatur, vel non intendatur fieri. Legi potest Suarez
disp. 20.

Efficax. ideo efficax dicitur peccatoy detestatio,
quia simplex displicentia, seu inefficax odiy ad sacramē-
talē absolutionē, vel ad nostra sanctificationis propagationē nō
sufficit. Sed autem obstat, quia cum simplici peccati omis-
si displicentiā ponitur efficax voluntas illud iterum
omittendi, ut passim in nouitatis peccatoribus euenit, quoru
qualescunq; panitentias, aut imanes dolores velleitates
appellamy: odio enim inefficaci voluntas hoc modo tendi-
tem nō peccare, nec de cætero peccare ~~si non esset~~
si nō esset maiora peccandi omoda. Dicatur vero, quy ad
sufficiatē disponit, ut frequenter eueniant theologi, et bene
explicat Lugo disp. 7. sect. 2. debet esse omnino efficax effectiuè
ex propria essentia, et effectiuè saltem ex fauore Dei: effec-
tiuè, inquam, quatenus homo ita odio habet peccata, quæ omi-
sisse agnoscit, ut si q̄n in potestate sua modo habituy esset,
faceret ne peccauisset, seu peccata impediret: qui affectus, seu
odiy peccati ita firmy, et efficax est, ut pro duratte impos-
sibile sit, nunc, aut postea ita repetere peccata: atque ita
panitens retractat quantum potest omnia peccata, et iam
ex sua parte nō perseuerat moraliter, et habitualiter in pec-
cato. Effectiuè vero dicitur efficax illa detestatio, quatenus
saltem Deo acceptante, aut sacramento vires augente tanty

valet

valet quoad extinctionē culpæ et divinæ displicentiæ, quantum si de vera homo numquam peccaviset.

De peccato omisso. nō enim utitur circa tantum possibilia, aut circa postea omittenda occupari potest. quis enim pœnitentiā agat, detestetur, doleat, aut se accuset, quod peccare potuerit? Nemo etiamsi per revelationē peccātum futurum præsideret, inde quæ aliqua tristitia caperet, imo quamvis ex se efficaciter postea detestaretur (quatenus scilicet si malo foret, præstaret non postea peccare) nemo, inquam, propterea remissionē illius peccati requireret; quandoquidem nemo remissionē accipit pro illo tempore, pro quo in peccati statu esse nō potest, aut inimicus Dei dici nō valet: quis enim antequam peccet, in peccato aut inimicus Dei sit? et ideo peccata futura nō sunt hujus sacramenti mat.ª

Propter motivum supernaturale. Dixi supernaturale, in quo nōtam scholasticè, quam moraliter, atque ad praxim loquutus sum: Voco enim supernaturale motivum illud, nō quia semper aliquid supra Naturam excelsum sit, ut patet in inferno, et in ipsa peccati turpitudine; sed quia motivum nō est merè humanum, verum pectiones ad ipsum Deum, atque fide divina revelatam, ex. g. detestamur peccata propter Deum ipsum summē bonum, quem super omnia diligimus, et cui illa displicent, et contraria sunt; ut in attritione perfecta; vel propter metum inferni, seu inferni ipsum, quem nobis timemus, et odio habemus; vel de spem gloriæ, quam nobis amamus, aut propter creationis, redemptionis, seu redemptionis beneficium, aut aliud quodcumque, quod a Deo vel accepimus, vel accipere speramus, ut in attritione imperfecta, sive attritione stricte.

Vide infra 1º. detestationē peccati propter infamiam, aut pœnas per judicē humanū inmendas, nō esse attritionē ad pœnitentiæ sacram.ti sufficientē. Sed Salgar dixit, Reginald, P. Tambur.

Sambur. Busembaum et alij limitare solent, nisi videlicet peccator doleamj propter incommoda illa, ut à Dª Prouidentiâ in panam peccati causabilia, causatiue cognita: sic enim iam è dolor de peccato propter motiuum moraliter saltª diuinum; est nimirum cum aliquo ad Deum respectu ut obseruat Lugo disp. 5. n. 141.

Cui Author limitationi istam inde amplectit. et explicat, quod scilicet in peccati detestatione propter ignominiam, aut alia pœna a Iudice humano infligenda, homo licèt auertatur a peccato, nõ tamen conuertatur ad Deum, quandoquidem ista detestatio nec ab amore nec à timore Dei procedit; atque ita nec Deo satisfacit, nec Deum honorat, neque Deum Creaturis præfert, cùm antea Creaturas Deo prætulerit, magis amando, aut timendo illas, quam Deum, quem peccando deseruit: at ubi detestatio nascitur ex timore Dei vindicis, et panas etiam in hac vita à peccatore sumentis, iam homo separat. à peccato accedendo ad Deum, cuius prouidentiã, et Omnipotentiã puniendi maiestate agnoscit, reueretur, et timet, et propterea de peccatis dolet.

Eandem limitationem approbat P. Suar. disp. 5. sec. 2. eo quod timor infamiæ, et panæ ut ab humano Iudice, Magistro, vel Patente prouenientis, solum valet per se tenere hominem ab actibus externis malis, nõ verò ab internis, in quibus totus peccati veneni, et mali origo dicitur, et quam propterea remissionem vnicè, vel præcipuè actibus sacramentalis procurat, verum ab istis etiam retrahere potest timor cuiuscunque pœnæ ut à Deo inflictæ. Eadem ista ratione Lugo defendit P. Arriaga disp. 11. sect. 1. dictam limitationem extendendo etiam ad dolorem de peccatis, quatenus odio habemus, vel timemus scientiã remorsus, tristitiã, et animi perturbationem ex culpis omissis nascentes, omnis reuerã hoc ipsum non solus Suar. sed etiam Lugo, et reliqui limitationis defensores affirmare videntur: quandoquidem remorsus, et inquietudo scientiæ mala quædam sunt ad

ipsum

ipsum Deum, vtra cuius legem peccauimus despectu et ordi
nabentia. Pari probabilitate asserimus limitatione
extendi ad dolorem de peccatis propter odium, vel mali
habitus ex peccatis geniti, magne scilicet inclinationis il
lius, qua ad similes peccandi actiones suaui violentia ten
tare solet, ibi enim etiam odio habet peccatum propter ipsi
us peccati turpitudine, cuius propterea facilius et frequen
tione timemus.

Infero 2°. Contritio animi et cordis tribu
tiones nec n alia nocumenta, quae ex malis actionibus naaliter na
scuntur, praecise ut talia non sunt debitum sufficiens ad sacramenta
lis doloris motiuum. Patet vtra sicut praecedens cor[ollarium] 2° solum
et caput. Ita arg. inde pr. quia horum peccatum propter mala
predicta non detestatur propter malum, cuius odium affectat timo
rem Dei, atque non obtinet conuersionem ad Deum.

Infero 3°. paenas
Purgatorij sufficiens motiuum esse, ut dolore sacramentali requisito
detiamur. Haec illatio valde communis et vtra D. Thom. q. 90.
ar. 1. dub. 3. et Sanct. disp. 6. difficult. 1. Dico manifesta est
tum quia Ecclesia numquam posuisset ad sacramentale
dolorem motiuum aeternae, siue in aeternum durans, sed praeci
se diuinum, seu ad Deum despectu habens: tum quia motiuum
illud Purgatorij non solum arcenare potest a peccatis venia
libus, veruntamen a mortalibus, utpote quae in Purgatorio pa
nis acerbissimis puniunt. Legant. Suar. disp. 5. sect. 2.
et Lugo disp. 5. sect. 9.

Qui, et alij coniter eandem illationem
extendunt ad paenas temporales, ut pestem, famem, bella
paupertatem eo similes, quas Deus inflictas propter pecca
ta in hac vita solet. Et asserunt exemplo Niniuitarum
(ea enim ratione videntur) qui ob timorem euersionis sue
ciuitatis, quam Deus minatus fuerat, territi sunt, pae
nitentiam egerunt, et misericordiam obtinuerunt.

Sed contra. Tempore
pore Niniuitarum nulla erat paenitentia sacramentalis, quia do-

cor

dolor ille, quo veniam decuti sunt, nihil propter timorem pœnæ, sed tantu propter amorem Dei Summè dilecti. illud igitur Niniuitæ exemplo nihil pro dolore accepto ex metu pœnæ temporalis eliditur. Q. Trident. Synodus fuisse illo Niniuitæ exemplo, ut vera Hæreticos probaret, dolore ex metu pœnæ habitu, nonnullam ee, quem tamen illi ut inutile Sacram.to facerent, turpem esse affirmabant: qua attritioni prædictæ nonnullæ semel illo exemplo stabilita dubiũ iam n. vltior, nec indiget Niniuitæ exemplo ad probanda ejus attritionis sufficientia pro ill. Sacram.to statuendo, sed ipsam absolutè affirmat et definit.

Replicabis. q.o Niniuitæ decuti sunt veniam suor peccator sola cum attritione: quod affirmare nefas esset. Nego Coam, quia ipsi vel dumtaxat misericordiam quo ad temitatis tacidiũ decuti sunt, vel si veniam etiã peccator obtinuerunt (ut fieri potest) n. solũ habuerunt dolore peccator ex metu detrimentorũ patriæ decuti, sed ex attritione illa imperfecta, quæ honesta erat, eo Deũ timebat, tacitali sunt, et manu ducti ad attritionem perfectã, qua n. pœnas illas, nec Deum Vindicẽ, sed Deũ Summè bonũ, Summè quẽ dilectu pro motivo habeãt: ut sequentissimè etiam in nobis ad attritione ad attritionẽ præcedentibus obtingit.

Cum proposito efficaci n. peccandi. Propositũ aliquod requiri iam indubitatũ, post expressa Tridentini verba quod nram definitionẽ stentat esse videtur: atque ita qui vel peccandi voluntas haberet, vel sine proposito vel sine proposito recedendi a peccato veniret ad Sacram.tũ si peccatum illud mortale erat, inutilem et sibi nocivam efficeret rem.; si verò culpa erat venialis, sed n. nisi ad culpa biennal allata, iam cæteras remittit in Sacram.to suscipit: nam si 2.a omnem culpam in Sacram.to allatã destruat propositũ n. relabendi, hunc etiam irritũ et cum mala fide sacrilegum quoque est

absolut.

absolut.s procurare, ut nra diligentiùs examinabimus. quod vera proprietas officia esse debeat, colligit Munièra fere Doctor Sent.a apud Suar. disp. 20. sect.3. ea tridentin. in cap. illo 4. dicente, sufficere ad sacram.m pœnitentiæ attritionem, si voluntas peccandi excludat. Excludere enim voluntatem peccandi propriam, et propositi efficacis. quæ certè sent.a iam adeo familiaris est, ut straniæ ad primam saltem pro mortalibus absolut.e n sit tolleranda.

Spe veniam à deo assequendi. sic in citato cap. expressè docet tridentin. Animantem illa spes debeat esse expressa, nec sufficiat implicita et stentata in ordine de peccatis dolore disp. seq. examinabimus.

Sect.

An dolor, vel attritio debeat confessionem præire.

Affirmant P. Conincb disp. 4. dub. 6. Laym. lib. 5. tit. 6. cap. 4. Probantur 1.o quia dolor est huius sacram.ti pars quatenus redditur sensibilis et significativa exteriùs per confessionem: at significari n potest, nisi per verba tamquam per nos effectus et signa imperata, seu interiùs dicta. g.o dolor debet esse ante confessionis verba. 2.o quia nisi hæc doloris præcedentia natura sit, ille qui per modum historiæ sua peccata tamquam amico sacerdoti narraret, et forsan dolorem haberet, quem nullo signo explicaret, tam peccatorum susciperet remissionem, si à sacerdote absolutio super illa narratione bona fide proferretur. quod certè absurdum est.

Practica vero sent.a theoricæ omnimò placuit. magnumq fundam.m habet in praxi fidelium, quos multi confessarii ad peccatorum dolorem post integram confessionem disponere, exhortari, et promovere solet, neque nunc iubet pœnitentiæ ut vel breve illam repetant confessionem, cupio ab istis absolvi, seu de omnibus hoc dictis me accuso. Propterea illi qui confessione generali valde longam efficiunt, et quam perficere n possunt, aut n volent, nisi pluries ad

hoc

hoc tribunal se sistant; illi ingnam, n vrò solent incipere et terminare eas confessionis partes sine dolore peccatorum, vel potiùs nullo designant vltimam diem, seu confessionis finem, vt ipsi tunc tamqm absolutioni suscipiendæ proximiores facilius, reuerentius, et vehementiori dolore peccata sua detestentur; et tñ sacerdotibus familiare n est confessionis epilogum post dolorem portulare, neque ipsi pœnitenti vulgò nel nota é obligatio, vel familiaris praxis post omnes partiales confessiones compendium aliquod spirare. n g.e gratia illa ante confessionis dolorem præcedentis.

Accedit etiam grauis eiusdem sent.æ cons ratio, et quæ aduersationum fundamenta satis euertere videtur, nimpe quod nostra interna attritio per confessionem antecedentem exprimi potest: accusatio enim, vel confessio doloris nel iam habiti asserit, nel postea habendi pronuntiat, et quasi promittit, vt explicat hugo disp. 19. n. 17. Nascitur enim confessio a voluntate, qua pœnitens tamqm lesæ maiestati deum se accusat atque ita saltem desiderat habere requisitum offensæ dolorem, vt per illum sacramentali absolutione, et peccatorum remissione tandem potiatur. ideoque ille, qui prius historicè sua peccata narrauit dolorem postea habitum aliquo signo exprimere debet, et saltem qm breuissimè dicat, se de iunctis præmissis absolutionem portulare.

Sed grauis hæc satis spiritus esse videantur, grauem profectò ingerit difficultatem an salt. in act. mortis homo qui nec attritionis perfectæ certus é, neque ex sola deuotione peccatorum mortalia confiteri, obligatus sit ante confessionem ad dolendum de peccatis.

Ratio dubitandi é, q.a sent.a d. Thomæ, Conincki, et Sym. dolorem antecedentem semper requiriens neque é manifestè irrationabilis, neque a duobus scientiæ moralis peritissimis viris sine ratione videtur authoritatis præditis; neque a reliquis authoribus

bus aliquali censurâ notabur; neque tamen de, in ecclesiâ quidquam adhuc vsu illam certum, aut definitum habemus. ni g.° é moraliter certu dolorie præcedentiam ni esse de vera natura, atque ita nullus fidelis facile secundum præsim potest in mortis articulo regni opinione illa coem.

Huic graui difficultati resp.; in periculo, vel articulo mortis post confessionē et ante dolorē duobus modis se habere posse pœnitentē. 1.° tamquam habentē aliquem sibi propriu actus qui exigebat absolut.m ut si coram Sacerdote se humiliet: vel tamqm aliq.d agentē, quod sit aliquale interni dolorie signu, ut gemitu, percussio pectoris, aut familiaris peccatorum vox, peccaui Domine, aliaue similis.

